Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uiris uirtutibus decorat. qui castitatis ei remuneratore uirtutem talem
tribuit. ut uniuersi omnis hominis uincerent. et insuperabilem supa

Incipit liber Iudith uidue

RELAXATIsraeli; rex medorum sub
iugauerat multas gentes imperio suo. et
ipse edificauit ciuitatem potentissimam. quam
appellauit ecbatanis. ex lapidibus quadra
tis et sectis. fecit muros ei in altitudi
nem cubitorum septuaginta. et in latitudine
cubitorum triginta. turres uero ei posuit
in altitudine cubitorum centum. Per quadratum
uero eorum latus utrumque. uicenorum pedum spatio
tendebat. Posuitque portas ei in altitudi
nem turrium. et gloriabatur quasi potens in potentia sua exercitu suo. et
in gloria quadrigarum suarum. Anno igitur duodecimo regni sui. Nabucho
donosor rex assyriorum qui regnabat in ninniue ciuitate magna. pug
nauit contra arfaxat. et obtinuit eum in campo magno qui appellatur
ragau. circa euphraten et tygrim et thyadas. in campo eriochi regis ely
morum. Tunc exaltatum est regnum nabuchodonosor. et cor eius elevatum est. et
misit ad omnes qui habitabant in cilicia. et damasco et libano et ad gentes
quae sunt in carmelo et cedar. et in habitantes galileam in campo magno hes
drelon. et ad omnes qui erant in samaria et trans flumen iordanis usque
ierusalem. et ad omnem terram gesse. usque quo usque peruenitur ad montes ethiopie.
Ad hos omnes misit nuntios nabuchodonosor rex assyriorum. Qui omnes uno
animo contempserunt. et remiserunt eos uacuos. ac sine honore abiecerunt.
Tunc indignatus est nabuchodonosor rex ad omnem terram illam. et iurauit
per regnum et thronum suum. quod defenderet se de omnibus regionibus hius.
Anno tertio decimo nabuchodonosor regis. uicesimo et secundo die